

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dialogorum sacrorum Libri Quatuor

Châteillon, Sébastien

Basileae, 1565

Balaamus

urn:nbn:de:bsz:31-102436

tyr, i liberi uestri ibidem pœnas dabunt uestri me-
retricij, per quadraginta annos, quibus uos suppli-
cio afficiemini: pro numero dierum, per quos dies
explorauistis terram, totidem annis ductis pro to-
tidem diebus: sentietisq; quid sit, in me esse cõtuma-
cem. Ego loua & dico, & sine dubio efficiam, ut
huius peruersæ multitudinis homines, qui contra
me coierunt, consumantur, & intereant in hac so-
litudine.

i Nati Iuum
peccatapa-
tum, sed ac-
eternis pe-
nis.

SENTENTIA.

Nihil est perniciosius illis qui docent mi-
nora sperare quàm ferunt promissa Dei: qui
bus tamen maxima pars hominum credit.
Deus ignauos & diffidentes auersatur, atq;
deserit: confidentes uerò iuuat. Tantum
quisque potest, quantum se diuina ope pos-
se credit: si modò est eius fides fundata in
Dei promissis.

BALAAMVS. Num. 22.

ARGVMENTVM.

Asina Balaami ab ipso, quia restitaret, uer-
berata, loquitur: & Genius, qui ei in uia ob-
stabat, Balzammum alloquitur.

Balaamus, Asina, Genius.

VT te Deus malè perdat asina, quæ me inui-
tum de uia auerbis in agrum. At ego te pro
isthoc maleficio onerabo istibus improba. Ary, 4-
ry: quim ergo redis in uia? Nunc sumus inter duas

d 3 mace-

macerias, non licebit tibi amplius declinare. Heu mihi, attriuit mihi pedem ad maceriam. At disperream, nisi te male multo plagis. Ary, ary, quid hoc mōstri est? succumbit. at iam saxo te attolles: alioqui hic te contundam usq; fuste. hem. A. Quid in te cōmisi, ut me iam tertium cæderes? B. Rogitas, improba, quæ me hic ludificaris ināigne? atq; utinā mihi esset gladius præ manu: nam te hic iam confoderem. A. Non ne ego sum asina tua, cui tu semper hactenus ineq̄uitasti? Num quid tale solita sum facere tibi? B. Nihil. G. Balsame, cur cecidisti asinam tuam iam tertium? Ecce ego ipse ueni tibi aduersatum, quia hoc iter susceptum est cōtra meam sententiam. Asina uerò ubi me uidit, declinauit me iam ter: quod nisi fecisset, profectò iam te interfecissem, eam uerò fuissem uiuere. B. Peccaui, fateor: sed non uideram te mihi obuium in uia. Itaq; si hoc iter tibi displicet, reuertar. G. Imò eas licet cum istis: ueruntamen uide ut ea demum dicas, quæ tibi suggesserō.

SENTENTIA.

Falsi uates minus interdum uident, quàm iumenta.

TRANSIORDANINI. Num. 32.

ARGVMENTVM.

Rubenenses & Gadini impetrant à Mose sedem trans Iordanem.

Rube

Ira furor
preuis est.

Cum in foli
m aliquid
cidit, cogi
adū est in
litā aliquā
s causam.
si: cognō
eda est, an
quā quic
ā statuas.

Rube

Hæc regio
lona dicitur.
nos autem
Moses,
non traiciamus
ubi ibunt in bel
terretis animos
quam ipsi
uores uestri, quā
adū regionē. C
Solim, uisū sen
nos Israelitarum
C. Ogare iratu
erum qui egre
cipiet uisū sim
si promiserat
quā non parau
is, qui prauera
conq; errantes
sunt tandem d
operantur tou
parius uestris
uira lone in s
si desertis eos,
que ita per d'et